

JUNIUM

MENSEM AUSPICATUM ET FAUSTUM
NUPTIIS SECUNDIS

VIRI

NOB. ET EXCELLENTISS.

DN.

CHRISTIANI WEISEN,

GYMN. SIT. RECTOR.
CELEBERR.

CUM

*NOBILISSIMA PARITER ET LECTISSIMA
VIRGINE*

ANNA REGINA,

VIRI

*NOBILISS. AMPLISS. ET CON-
SULTISSIMI*

DN. GOTTFREDI


NESENI, REIPUL. SITANÆ
SENATORIS, ET JUDICII ADSES.

SORIS GRAVISSIMI FILIA
D. XIX. ANNO M DC LXXIX.

MENSE JUNIO CELEBRANDIS,

ESSE OMNATUR

M. G. F. S.



Quod faustum sit atq; auspdatum

JUNIUS adest,

Faustus WEISIANARUM Nuptiarum auspex

Quas

ante novem annos Weissenfelsâ inchoandas,

ante annum Zittaviam prolatas voluit.

Quis credat

Inauspdatum WEISIO hunc mensem abiturum?

JUNIUS Adest

Nuptiasq; novas provocat,

Ne frigescentem domi viduum relinquere videatur,

ardentem semper maritum quem foris conspicit

O adsit igitur feliciter!

Et pari omine quo solet publicas

privatas quoq; nuptias auspicietur!

Jubeat & nunc sperare prospera,

Qui quicquid eô cœptum est amorum,

non nisi prospere cessisse docuit.

Loquatur AUGUSTEUM

quàm Weisianis nuptijs succreverit.

Quos fovit illud, complectente Weisio, ita fovit

ut quicquid inde fructûs hauserint

WEISIANO amori ac favori se debere profiteantur.

Loquatur PATRIA

Quid in WEISII amplexibus

Juventus IPSE desponsata invenerit

& gratulabitur ipsa sibi.

de futuris

REIPUBL. ECCLESIAE

Columinibus.

Quin

eruditus orbis eloquatur

quo loco sentiat habere WEISIUM, quos erudit,

Ejusq; hoc optatissimo sentiet ex conjugio

felicitationis cujusdam redivivæ Spem

Sibi in dies magis efflorescere.

Tale nimirum, IPSE omnigenæ eruditionis compendium

Suis laboribus compendium facit alienis

Ut quicquid expectare possunt Auditores

ad ipsos facili tendat breviq; via,

An-

Antequam vel expectare incipiant.
 Polcant quodcumq; amoris Symbolum
 Exhibebit id sine Symbolo.
 Ut ora suaviter tangantur desiderant?
 Ab ore ad os quæ fluit doctrina
 tantæ est dulcedinis
 ut ipsa inde cor ad intimum non penetrare non possit
 Manus jungi cupiunt?
 Jungit eas, ipsosq; ducit, ut viam ingrediantur
 rectam, hancq; ingredi jubet
 Ut quicquid est jucunditatis in hac vitâ sibi adquirant
 Mentis uniri expetunt?
 Unitæ jamjam sunt mentes quæ ad unum
 Scientiarum collimant scopum
 ut altera docendi adprobet, altera discendi cupiditatem
 Omnia volunt communia?
 Habent omnia quæ è re ipsorum Præceptor esse
 ut ipsi obferunt Præceptori, quæ
 à Discipulis provenire possunt
 Indissolubile vinculum est,
 quod eos ligat,
 non extingvendæ flammæ
 quibus ille erga hos, hi erga illum ardent.
 Ille amat, hi venerantur
 Illi gaudia ex incrementis
 his perennis utilitas subnascitur
 Utrisque res geritur ex voto.
 Accipiat hinc omen WEISIUS,
 novisque sibi bona quævis promittat de nuptijs
 quibus hoc mense JUNIO
 ANNAM REGINAM
 Ipse jungit
 a quò verus Amor, supremus amor.
 Non poterit, si velit, non volet, si possit
 eò incendente ad viride suum properare fax hæc præclara
 quæ
 ex duabus una facta,
 erit, manebit una,
 nihil splendorem turbare audebit
 Cælesti lumine excitatum.
 Augebunt ignem
 Venusta forma, castus honos,
 Risus hilares, fandi gratia
 Novos continuo ciebunt calores

Lab-

Labra basius'prodiga
Oscula furtivis sonis delitiosa
Religabit corda fortius,
Felix proles
& ad pedes ludens pusilla turba
Ipso in connubiō non nisi nuptias celebrabit
id est

recenti semper amore exhilarabitur
cum

ANNA REGINA

WEISIUS

Talia sperare imō credere' certō jubet
datum mense JUNIO

WEISIANO - NESENIANIS

nuptiis auspiciū

Sit ergo semper

propitius hac ratione JUNIUS

nec in

ANNAM REGINAM

Seu MAJUS sæviat qui in

REGINAM

Sæviit seu quisquam mensis alius

Ut auspiciū habet, ita medium sit, ita finis
ne faustum unquam desit auspiciū.

Quo Sponsus & publicè felix audiat & privatim
non infelix.

Sponsā privatā suā felicitate publicam promoveat

Sponso det delicias

Parentibus gaudia

propinquo Sangvine junctis,

Bonisq; omnibus

perpetuam gratulandi materiam

Sibi vero ipsa semper ex voto vivat

Ita, quod animitus precor, faustus usq;

atq; auspiciatur revertetur

JUNIUS.

